Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



2

pugnare uoluisse ibiq; superatum · eosq; secum
qui in damasco uersabantur · ut inde rursum ieru
salem iud eos expugnaturus ascenderet · Nec ali
cui iudeatur esse contrarium · sim paralipome
non libro · lęta de damasco · et nunc in esaia tristia
predicentur · quia et de eo israel qui certe portio
dei est nunc aduersa nunc prospera nunciemur ·
et quomodo est israel iuxta carnem et ad gentes di
citur · uos gentes iuxta carnem · qui dicimini p
putium ab ea quę appellatur in carne circum
cisio · sic e contrario est israel iuxta spm · et sunt gentes
iuxta spm · et inter gentes est damascus iuxta spm ·
ne tantum iudaicis fabulis ad quiescamus · Ecce
damascus desinet esse ciuitas · et erit sicut aceruus
lapidum in ruina · derelictę ciuitates aroer · gre
gibus erunt · et requiescent ibi · et non erit qui exter
reat · et cessabit adiutorium ab ephraim · et regnum
a damasco · et reliquię syrię sicut gloria filiorum
israel erunt · dicit dns exercituum · Sicut in titulo de
monstratum est · per damascum uocatio gentium
significatur · quę amabant uel bibebant san
guinem · Quę post quam in xpo crediderint ·
pristinę conuersationis ciuitates esse desistent ·